Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

sicut serpens: des que operam quantum potes · ut qui tibi ad
herent tecum in recta fide permaneant · aut ad fidem recta
si forte in aliquo aliquid depravati sunt corrigantur. De
homine autem quem suscepit verbum dī · cum caro factum est
& habitavit in nobis: emendarem aliquid · si in eo quod credis
falsum aut pversum invenirem · Hoc ergo crede quod credis:
quia in illo homine tota naturam nram suscepit filius dī ·
N̄ contra eutycen · Id ē · & animam rationalem & carnem mortalē
sine peccato · Infirmitatis enim nrāe · particeps factus est ·
non iniquitatis · Ut p infirmitatem communem solveret & ini
quitatem nram: & adduceret nos ad iustitiam suā: bibens
mortem de nro · & ppinans vitam de suo · Sed si habes aliquam
scripturam eorum in qua asserunt quod huic fidei sit contrariū:
dignare eam mittere · Ut non solum fidem nram dicamus:
sed eorum quoq: perfidiam quantum possumus refellamus · Sine
dubio enim hoc ipsum quod pverse & inpie sentiunt: aliquibus tes
timoniis divinarum scripturarum conantur astruere · In quib:
eis ostendendum ē · Quam non recte intellegant litteras sacras
conscriptas ad fidelium salutem: tamquā si quisquā se medicina
lib: ferramentis graviter vexet · Quae utiq: non ad vulnerandū
sed ad sanandum sunt instituta · Multum autem laboravimus
& laboramus quantum dns donat · contra diversos errores
arguendos: sed laborum nrorum opuscula si forte habere desideras:
Mitte qui tibi describant · Volet enim ds ut hoc facillime possis ·
qui tibi dedit unde possis ·

EXPLI EPL SCĪ AGUSTINI AD MAXIMĀ ·

I XXVIIII INCPT EPL SCORŪ ALYPII · ET AGUSTINI
AD IULIANAM ·

Domine debitis in xpo officiis honorandę & merito in
lustri filiae iulianę: alypius & agustinus in dno salutē.